

Band III., Nr. 642, Seite 117-118

Engelhard von Berlichingen schenkt einen Weinberg in Berlichingen zu bezeichneten Zwecken an das Kloster Schöntal. Zugleich wird die zwischen ihren beiderseitigen Gütern bestehende Landscheide in der Markung von Berlichingen und das Recht, verkaufte Güter innerhalb derselben gemeinsam einzulösen, anerkannt.

Ohne Ortsangabe, 1220. April 20.

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Engilhardus de Berlichingen, consentientibus filiis suis Engilhardo et Hermanno et filia sua Lugarde, vineam in Berlichingen, tria iugera in monte qui dicitur Storckesnest¹, pro remedio anime sue et filiorum suorum, cenobio sancte Marie in Sconental donavit et traditione legitima in perpetuam proprietatem per manum domini sui domini Heinrichi de Bockesperc libere et sollempniter stabilivit, nullum sibi vel heredibus suis in ea ius reservans, ita ut predicti filii ipsius manu et calamo renunciarent, tali interveniente conditione, ut fratribus predicti monasterii in vigilia annuntiationis sancte Marie, quousque ipse Engilhardus viveret, in piscibus vel allectiis, pane albo et vino consolatio communiter omnibus prebeatur. Post mortem vero ipsius Engilhardi quicquid de proventibus predictae vinee haberi potest, deductis tamen expensis pro cultura vinee, pro allectiis per quadragesimam fratribus distribuendis integraliter impendatur. Ex quibus allectiis etiam pauperibus in cena domini, quibus mandatum fit, cum omni devotione ministretur.

 Huius rei testes sunt: dominus Heinrichus de Bockesperc, Goteboldus de Schillengestat Adelhelmus gener ipsius Engilhardi, Heinrichus de Sweigere, Berengerus de Sweineburc, Cûnradus de Witegestat², Wimarus iuvenis de Husen³, Rudegerus de Gamburc, Cûnradus de Suueigere, Cunradus Leisse, Heinrichus Senkel et alii quam plures.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XX^o., indict[i]one VI]II.⁴, XII. kalendas Maii, regnante gloriosissimo Romanorum rege et rege Sicilie Friderico, presidente in cathedra Wirceburgensis ecclesie venerabili domno Ottone.

 Tempore Alberti abbatis in Sconental, ad firmam

¹Eine Flurgegend Storcksberg (dahinter der Storchtswald) befindet sich nordöstlich von Berlichingen zunächst bei Schöntal, nordwestlich von diesem, links an der Jagst.

²Ober- und Unterwittstadt, Ravenstein, MOS.

³Jagsthausen, Jagsthausen, HN.

⁴Im Original fehlt das in eckige Klammern [] Gesetzte durch ein Loch im Pergament. Die Indiktion zu 1220 ist VIII.

II

et perpetuam pacem inter Engilhardum et fratres predicti monasterii facta est discretio terminorum que vulgo dicitur lantschede, tam fidelis et perfecta, in omnibus possessionibus quas utrique in territorio Berlichingen possidebant, ut tam Engilhardus quam fratres predicti invicem omni iuri, quod in alterutrum habebant, perfecte manu et calamo renunciarent, excepto quod in arando vel in novellando casu fortuito excederent in alterutrum, quod noticie civium dirimendum relinquebatur. Statutum est etiam eodem tempore, ut si quas possessiones in territorio Berlichingen a civibus vendi contingeret, tam Engilhardus quam fratres simul emerent et simul dividerent.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei Siegel, welche, den Einschnitten in der Urkunde und dem in einem derselben noch hängenden Pergamentstreifen zufolge, einst anhängen, sind verloren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 220

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Engelhard; von Berlichingen

Ortsindex:

Berlichingen Wohnplatz (2645)
 Berlichingen, Schöntal, KÜN
 Boxberg Wohnplatz (3669)
 Boxberg, TBB
 Gamburg Wohnplatz (3896)
 Gamburg, Werbach, TBB
 Jagsthausen Wohnplatz (2008)
 Jagsthausen, HN
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Oberwittstadt Wohnplatz (6214)
 Oberwittstadt, Ravenstein, MOS
 Rom, Latium, Italien
 Schillingstadt Wohnplatz (3982)
 Schillingstadt, Ahorn, TBB
 Schweigern Wohnplatz (3687)
 Schweigern, Boxberg, TBB
 Schweinberg Wohnplatz (6040)
 Schweinberg, Hardheim, MOS
 Sizilien, Italien
 Unterwittstadt Wohnplatz (6217)
 Unterwittstadt, Ravenstein, MOS
 Würzburg, WÜ